

& acta causae facta contra minorem indefensum sint ipso iure nulla, ut illa iura minime procedant, quotiescunq; minor promissit & iuravit se non contraveniturum iudicio, neq; sententiae ferendae, neque alicui actui iudiciali ratione minoris aetatis, neq; alia quacumq; ratione; Na hoc casu valebit quidem optimo iure processus, iudicium & sententia etiam contra minorem indefensum, quod pater ex suprad. & erit cautela, ut aduersarius litigans cum minore, hoc agat cum eo, scilicet ut praestet huiusmodi iuramentum, & ita dicit esse intelligendam gl. nostram in praesenti, quae ampliat nostrum textum, ut procedat etiam in iudicijs Auend. vbi s. & hanc cautelam testatur communem Curt. lun. in praesenti, n. 149. dicens, procedere hoc sine scrupulo, si iudex & aduersarius, seu tabellio publica persona reciperent istud iuramentum nomine omnium, quorum interesse posset, secundum Cyn. & Salyc. hic. Sed inquit Cynus in principio huius authenticae, quod authentica haec multas animas deducit ad inferos, illorum, scilicet qui inducunt minores ad iurandum, ut excludatur a remedio restitutionis in integrum, sibi competenti. Ego idem dico quod dixi in principio huius repet. circa hoc dictum Cyn. quod ibi retuli.

149 Hanc communem limitat Paul. de Castr. in praesenti, in repet. ut procedat, quotiescunq; minor iuraverit specialiter super aliquo actu iudiciali, secus si iuraret in principio iudicij generaliter de seruando totum iudicium, sed de hac limitat. Paul. dubitat Cur. lun. hic n. 150. qui est videndus, & merito. Quia iuramentum minoris generale, quo affirmat, se nunquam contraveniturum alicui contractui, quem fecerit, valet & tenet quando fit in praesentia tabellionis, recipiens illud nomine omnium, quorum interest, & hoc casu minor restitui non potest, ut testatur communem esse hanc opinionem Ias. nu. 76. licet Imbert. hic nu. 17. & se 99. late in hoc distinguat, & propterea bene dubitauit Cur. lun. de d. limitatione Paul. Na si tabellio vel iudex praedictum iuramentum minoris litigantis recipiat nomine eorum, quorum interest, sine dubio valebit, etiam si sit generale, & minor non restituatur etiam indefensus, quod probatur ex dicta communi opinione Ias. & hoc est sine scrupulo, secundum Curt. vbi s. nam dato, quod limitatio Paul. fuisset vera, procederet, quando nullus reciperet praedictum iuramentum nomine eorum, quorum interest, alias secus, unde cum hodie iure Reg. l. 2. tit. 16. lib. 5. non ordin. Recop. Regia non requiratur praesentia partis, cui aliquid promittitur, sed in absentia ei acquiratur, maxime in iuramento de iure canonico, ut in capitulo quoties cordi, prim. quest. 7. opinio Paul. nullo modo potest procedere, & communis opinio super procedit indistincte, siue tabellio recipiat iuramentum siue non, & ita sentit Imbertus hic, nu. 21. qui est videndus a nu. 19.

151 Ultimo ex supradictis infertur ad limitationem communis opinionis, quae habet; Quod si minor etiam auctoritate sui tutoris vel curatoris confessus est in iudicio delictum, de quo non constat per probationem aliam, quam per solam suam confessionem, & eo ipso censetur laesus, & potest in integrum restitui, non constituto aliter de lesione. Hec opinio fuit originaliter Ang. de Perusio per tex. ibi in l. certum, §. in pupillo, vers. in minorem, ff. de confess. quam opinionem plures allegans & late examinans, dicit communem Ant. Gomez in 3. tom. c. 1. de delict. nu. 66. licet ipse cum alijs, quos refert, teneat contrarium: sed communem opinionem tenet Did. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinarum. col. 872. tenet & dicit communem Didac. Pere. in leg. 9. tit. 11. libro 3. Ordinarum. col. 1170. sequitur etiam infinitos auctores referens eam sequutus Antonius de Padill. in l. error, num. 29. C. de iur. & fact. ignor. vbi num. 34. ref-

pondet dupliciter l. 4. tit. 19. par. 6. quae videtur probare contrarium, vbi Greg. Lop. est etiam videndus, & secundum hanc communem opinionem iam ipse iudicauit.

Nam haec communis opinio intelligenda & limitanda est, praeterquam si minor ipse iurauerit hanc confessionem; Nam hoc casu etiam si de delicto aliter non constet, quae per suam solam confessionem non comperit sibi restitutio aduersus eam ratione sui iuramenti. Per tex. hunc ita expresse tenet Io. Fab. in d. l. clar. col. 2. vers. si tamen confiteatur, C. de aucto. praes. quem sequitur Padill. vbi supra, nu. 30.

Sed meo iudicio (salua pace tanti viri, qui forte alij melioribus iudicijs placebit) contrarium est verius, imo quod hoc casu detur restitutio huic minori aduersus suam confessionem, etiam iurata; Nam alias illufozia redderetur praecedens communis opinio, quod nunquam aut raro eueniat, quod minor dicat suam confessionem in iudicio absque iuramento: & ita hanc opinionem tenuit prius Anton. Gom. vbi supra, & Auend. in 4. respons. num. 6. idem in respons. 11. nu. 6. vbi refert alios ita tenentes, qui bene inspecti reuera id non tenent, sed nihilominus existimo veriorum & tenendam hanc opinionem secundam.

Non obstat textus noster in praesenti cum similibus, quia procedunt, quoties praestitum est iuramentum de futuro, & sic de non contraveniendo, secus tamen est, quando praestitum est iuramentum de praeterito, vel de praesenti, scilicet, quod res sic se habet, vel positionem esse veram, quo casu, lesione probata, non impeditur minor petere restitutionem; Ita expresse intelligit & declarat nostrum tex. Bart. in consil. 101. incip. Girardus, in fin. in vers. super text. num. 10. licet de eius dicto dubitent valde in praesenti Ias. nu. 77. & Cur. lun. nu. 149. & 150. sed id videtur sequi Boer. decis. 92. num. 5. cum Gerald. quem refert.

Ideo secundo respondeo, quod hic procedit & loquitur in ciuilibus, secus vero est in criminalibus, in confessione minoris iurata, qui non iurat, se non contraveniturum, atque ideo merito poterit petere restitutionem in integrum probata lesione, quae censetur probata eo ipso, quo de delicto non constat aliter, quam per eam, iuxta supradictam communem opinionem. Et his duobus modis respondet Ant. Gom. vbi supra.

Ex qua secunda solutione infertur, quod etiam in criminalibus, quando minor iurat se non contraveniturum, ut puta quando minor, qui aliquando de delicto accusauit, ei remittit delictum, vel iniuriam, & iuravit se non contraveniturum ratione minoris aetatis, nec alia quacumq; valebit quidem talis remissio cum iuramento facta, etiam sine licentia & auctoritate sui curatoris: quod etiam probatur per tex. nostrum, & omnia supra dicta, praecipue opinionem glossae nostrae communiter approbatam, scilicet, quod haec authentica procedat etiam in iudicijs, na hoc modo potest verificari & exemplificari haec communis opinio gl. Imo etiam si remissio iniuriae cum iuramento fieret, antequam accusatio deduceretur in iudicium, idem esse per nostrum textum. Pro quo etiam facit, quia actio semel extincta amplius non reuiuiscit, ut in l. qui res, §. aerē, ff. de sol. praecipue in actione iniuriarum, quae ipso iure tollitur etiam pacto nudo, ut in l. si tibi decem, §. quaedam, & in l. si vnus, §. pactus ne peteret, in vers. sed si pactus, ff. de pact. & in l. 22. ad fin. tit. 9. part. 7. adde quod etiam si partes pacisci velint postea, ut agi possit, non valeat praedicta pactio, quia remissio iniuriae est res fauorabilis, ut probatur in d. vers. sed si pactum. Ex quo text. probatur, quod vulgo dici solet, nempe remissiones (hoc est, los perdones;) in causis criminalibus

non debere esse nec posse esse conditionales, quae quidem intelligenda est hoc modo, ut pacisci non possit, remitto tibi talem iniuriam quam mihi fecisti, hoc additamento & conditione, si tale quid feceris, vel seruaueris, vel dederis: sin minus, remaneat mihi ius meum (hoc est, actio & accusatio) saluum, ut iterum agere vel accusare possim; Nam hac pacto non obstante, etiam si fides ex parte delinquentis remissa non seruetur, non poterit iterum offensus ad accusationem redire, sed compellatur offensus ad adimplendum promissam, hic est textus expressus in d. §. pactus ne peteret, & in d. vers. sed si pactum, qui profecto est notabilis & menti reuendendus ad hoc, super quo tex. in proposito sunt videndi Dd. ibi, praecipue Bart. nu. 26. Ias. nu. 46. & Ioan. Orosc. nu. 66.

Cum haec ergo ita se habeant, consequens est, ut minor viginti quinque annis, maior autem 14. qui iniuriam sibi illatam remittit, & promittit cum iuramento se non contraveniturum ratione minoris aetatis, nec alia quacumq; nullo modo admittatur nec audiatur accusandum de nouo.

148 Quia minor vel alij persona, quae fungentur vice & iure minoris, non datur nec comperit restitutio ad accusandum, vel crimina proponenda vel obliuiscenda, ut tradit Ant. Gomez in 3. tom. cap. 1. de delictis, num. 7. & Couarr. in practica quest. cap. 26. nu. 4. & Matib. de Affili. decis. Neapolitan. 390. nu. 3. & Felin. in c. fraternitatis, numer. 6. fallentia 3. de testib. Greg. Lop. in l. 4. tit. 19. par. 6. gl. 2. Absque iuramento autem adultus, si habet curatorem, potest cum ipso auctore iurata remittere iniuriam, si autem est pupillus, non, sed eius tutor, & contra hanc remissionem non restituatur, Ant. Gom. c. de homicid. n. 66. Ant. Menes in l. transire, n. 65. & 66. C. de transact.

149 Vterius in hac materia probata venit opinio Bal. in l. generaliter, col. 2. vers. pone enim, C. de reb. cred. & c. qui tenet per tex. hunc, quod si ciuitas constituit vnum procuratorem seu syndicum ad contrahendum cum iuramento, & ille syndicus contrahat nomine ciuitatis vel vniuersitatis, & iuret licet, licet tale iuramentum non operetur, ut si contrahatur, vniuersitas sit periura, quia vniuersitas non habet animam, bene tamen operabitur, ut aduersus tale contractum non possit vniuersitas petere restitutionem propter iuramentum, quod dictum est menti tenendum, quia est notabile, & quotidianum, ut affirmat, idem sequutus Maran. vbi supra, nu. 63. sequitur etiam Greg. Lop. in l. 6. in l. Mayor de caroz, 2. annos, ad fi. tit. 19. p. 6.

150 Quia res publica & minor aequiparatur, ut in leg. Reipublicam, C. de iur. Reipub. lib. 11. & in l. 10. tit. 14. p. 6.

151 Quod tamen non procedit in Ecclesia fauore ipsius Ecclesiae, secundum Bal. vbi s. & gl. in c. 1. de integ. restit. lib. 6. vers. contra. & Greg. Lop. vbi s. & Ias. in praesenti, n. 64. qui alios refert ita tenentes, sequitur etiam alios referens Bernar. Diaz de Lug. in reg. 219. q. fallentia, fol. 122. refert alios Cur. lun. in praesenti, n. 82. dicens se, non inuenire contradicentem, & tamen ipse censet, idem esse dicendum in Ecclesia, quod in republica hoc casu, & sic tenet contrariam opinionem, sed tenenda est superior opinio tanquam communis, quandoquidem non est qui contradicat praeter Cur. cum in hoc casu reperitur priuilegiata Ecclesia magis quam res publica & minor.

152 Quinimo & idem Ias. num. 62. existimat, idem esse in praetato Ecclesiae, quia licet sit validus contractus per eum gestus tale iuramentum non tollit beneficium restitutionis in integrum, per gl. in d. c. de integ. restit. lib. 6.

Quod ipse intelligo, quando contractus praetati fuit super re Ecclesiae, ut in d. gl. continetur, & sequitur

Paul. de Cast. hic n. 4. dum dicit, quod praetati contractus Ecclesiae fuit in damnum Ecclesiae, & Bernar. Diaz vbi supra.

Ita adde, quod si iudex interdicit adulto ne contrahat, tunc adulti contractus iuramento firmatur, si iudex alia ratione, quam minoris aetatis, id praecipiat secundum Bald. in s. item sacramenta, in fi. de pac. iuram. firm. vbi agit, quid in filio sic interdico a patre, sequitur Greg. Lop. in l. 1. gl. si. tit. 11. par. 5.

Sed & adfunt quae plures aliae ampliationes & limitationes nostri tex. quas doct. hic & in alijs locis ordinarijs ponunt, ipse vero eas non examinabo, quia praecipua & difficiliora huius materiae dicta & declarata sunt iam supra, reliqua sunt ordinaria & clara: duo tamen pro complemento huius materiae dicam & examinabo, quae rei, de qua agimus, mire concinere videntur.

Primum est quod textus noster non solum procedit, quando iuramentum expresse apponitur super contractibus puberum, sed etiam si expresse non apponatur, sed minores prestent suam fidem super eis; Nam huiusmodi fidei praestatio & interpositio confirmat contractum sicut iuramentum: Ita expresse praestat tex. in c. ad aures, & ibi notant Doct. de his, quae in mensurae causa sunt, in illis verbis, nisi forte iuramento, vel fidei interposita sit firmata. Quem tex. ad hoc notarunt & commendant Ias. in s. item si quis postul. n. 54. Iust. de act. & Felin. nu. 7. & alij in cap. querelam, de iureiur. & Mat. de Affili. decis. Neapol. 389. relati per Arias Pinel. in l. 1. par. c. 1. n. 13. C. de resom. vend. tenent etiam alij allegari per Couar. in c. quamuis pactum. 1. p. §. 1. nu. 2. de pact. in 6. tenet etiam allegans Capellam Tholosanam, & loquens in terminis nostrae authenticae, sic intelligens eam Auend. in 2. par. c. 27. par. n. 6. vbi agunt, an teneatur pena perjurij, qui contraxerit huiusmodi fidei interpositae: tenet etiam Greg. Lop. in l. 6. tit. 11. p. 3. gl. mag. in medio.

153 Sed Cou. vbi s. bene quidem distinguit meo iudicio, sequutus doctrinam quorundam Doctorum, tam Juristarum, quam Theologorum, quos ibi ipse refert in hunc modum, scilicet, quod liquidem quis interponat fidem suam humanam, vel eam, quae nobilitatis iure ac titulo conuentionibus accedere solet pro obseruantia contractus, tunc quidem non est iuramentum haec fidei praestatio, quia non ad Deum, neque ad rem sacram refertur vel praestatur, propterea est natura iuramenti; Si vero fides Christiana interponatur, tunc quia refertur ad Deum, est iuramentum, & operatur effectus iuramenti. In dubio autem quando non constat, de qua fide senserit contrahens tunc de humana est intelligendum, ac proinde non erit iuramentum secundum Caietanum, quem ibi refert. Quam distinctionem sequitur Arias Pinel vbi supra, addens, quod si non simpliciter fides, sed bona fides interponeretur, tunc haec verba magis referenda sunt ad veram & Catholicam fidem, quae ad particularem veritatem loquentis, & sicerit iuramentum, unde ea, quae supra dixi in principio huius articuli, extendendo text. hunc in contractibus confirmatis fidei interpositione, intelligenda & declaranda sunt, iuxta supradictam distinctionem: & ita etiam debet intelligi tex. in d. c. ad aures, cum similibus, quod est summe notandum in proposito & in practica.

Ex quibus infertur, quod cum l. 26. in vers. E. ann. 145. de 2. mos. tit. 11. par. 3. probetur, Quae el que hixiere pleyto omenate a otro de complir alguna cosa si lo fallarece es per iuro como si lo iurasse, & sic lex illa aequiparat homagium & iuramentum, quod si minor super contractu interponat homagium forma solita & consueta, firmatur talis contractus, sicut firmaretur cum iuramento: & sic apliatur hoc modo mirabiliter dispositio huius au-

thenticæ, ex dispositione & decisione rex in d. 26. & ita ibi Greg. Lop. in gl. magna in prin. verb. O le hiziere pleyto omenate, infert ex illa lege ad terminos nostri rex. & allegat in eius confirmationem plures doctrinas Dd. qui sunt videndi.

147 Sed contra hanc opinionem ipse Gregor Lop. insurgit & allegat plura iura & rationes, scilicet. quia per homagium non fit iuramentum per Deum vel re sacram, quæ est substantia iuramenti, sed est quædam promissio simplex inter generosos ut probatur in c. grande de supplend. neglig. pral. ubi iuramentum & homagium ponuntur tanquam diuersa: in super allegat alias II. Reg. ubi idem probatur.

148 Et præcipiam tunc ipse allego eandem l. 26. ubi ponitur etiam tanquam diuersa, ut probatur ibi: E au de ximos otra razon, que si alguno iurare a otro, o le hiziere pleyto omenate, &c. Ecce literam, quæ ponitur inter diuersa, neque obstat eadem lex, dum postea dicitur Que tal como esse si lo falliere, es por ende periuero, quæ l. supra allegamus pro ampliatione nostri textus. Nam respondet Greg. quod hæc verba: Es por ende periuero, referuntur ad illu, qui iurauit aliquid adimplere, & postea se fellit, de quo lex prius loquuta fuit, & verba inferiora legis, ibi: E ha por penade no ser creydo en ningun testimonio, ni ser par de otro, assi como adelante se muestra en el titulo de los que faz en alguna cosa porque valen menos, referuntur & correspondet ad factorem homagij, de quo secundo loco loquuta est illa lex, & sic quæ singula singulis reddatur, itaque si interueniat iuramentum fractor sit perjurus, fractor vero homagij non sit periurus, sed notetur infamia, ut in l. 2. tit. 4. p. 7. ad quam legem ista lex se refert, cum se remittit ad leges in hoc loquentes, in quibus non requiritur, quod fractor homagij, sit fractor iuramenti & perjurus; Ergo cum iuramentum, de quo loquitur nostra authentica, est & debet esse tale, per quod concernatur religio, non sufficeret, quem iurare per caput suum, vel animam suam ut in præsentibus notant doct. præcipue Iacob. Butric. & Salyc. minime habebit locum noster rex. in faciente homagium tantum; Quandoquidem id non respicit religionem Christi, sed nostram fidem humanam, & ita videtur residere in hac opinione Gregor Lop. contra id, quod prius dixerat. Eandem opinionem tenet etiam Ant. de Padilla in l. si quis maior, n. 36. c. de transact. Inuenio etiam eandem opinionem in effectu tenere Petrum Nunnez de Auend. in 2. p. c. 87. prator. nu. 6. & 7. ubi inquit, quod solum homagium de per se non est iuramentum, neque fractor illius est perjurus, sicut est fractor iuramenti, & ibi intelligit d. l. 26. ut procedat tantum, quando in homagio interuenit interpositio bonæ fidei, quo casu iam videtur iuramentum adesse, iuxta supra late dicta. Secundo modo intelligit legem illam, dicens, quod fractor homagij sit perjurus, id est, promissionis solemnis fractor, non tamen reatum perjurij incurrit. Vel tertio, quod homagium dicatur publica fides, ut tenet Nebriſſensis in suo Dictionario verb. Omenate, quam frangens sit perjurus, ut tenet Oldrad. conf. 93. & ibi Auend. d. num. 7. ponit formam homagij.

149 Vnde pro vera resolutione huius articuli, meo iudicio, dicendum est, quod siquidem in homagij præstatione interponatur fides Christiana, vel alio modo fides interposita referatur ad Deum, vel ad re sacram, vel interponatur bona fides, tunc sine dubio dicendum est, huiusmodi homagium esse iuramentum & firmare contractus puberum, sicut si expresse iurassent. Si vero nulla fides, vel fides humana, vel nobilis interponatur in forma huiusmodi homagij, tunc quia deficit substantia ipsius iuramenti non est iuramentum, neque confirmat huiusmodi homagium contractus puberum.

neque fractor illius est proprie periurus, & idem erit si sola fides interponatur, eo casu, quod non confiter, ad fidem fieri debeat relatio, ita colligo & teneo ex distinctione Caiet. & aliorum in articulo præcedenti posita, & etiam ex Greg. Lop. & Auend. ubi qui ita tenent licet non ita clare distinguant. Neque obest dicitur, 27. in verbis supra relatis, quia intelligenda est in modis supra dictis per Greg. & Auend. & ita remanet clara & resoluta materia hæc.

Ex omnibus prædictis resultat vnum, de quo iam fui consultus, quidnam sibi velin tverba illa, quæ per Regem solent apponi, & apponuntur in titulis, De las mercedes de la escriuania, scilicet, que los tales escriuanos ne puedan hazer escrituras en que se obliguen las partes a buena fe, y sin mal enganno; nam certe clara responsio est ei, qui supra dicta scierit vel iudicet: Nam cum interpositio bonæ fidei habeat vim iuramenti, ut late dictum est & probatum est, & iuramentum sit prohibitum hodie per l. 1. tit. 1. l. 4. noui Ordinament. Recopilacionis Regia, de qua statim dicemus, tabellionibus apponi in scripturis publicis, ne ratione iuramenti defraudetur iurisdictio Regalis, & causa vertatur inter laicos coram iudicibus Ecclesiasticis, qui sunt competetes in causa iuramenti, ut in c. si de for. compet. 6. optimo iure præcipitur tabellionibus in creatione ipsorum in talia verba apponant in scripturis coram se celebratis sub eisdem penis, ac si apposuissent iuramentum expresse, & ita in d. l. Regia præcipitur, Que en las cartas que se libraren de escriuanias, y notarias, se mande que el escriuano no ponga en ellas iuramento, ni que las partes se sometan a la iurisdiccion Ecclesiastica, & eadem ratione præcipitur, & apponitur hodie, quod non faciatur scripturas in quibus partes se obligent, a buena fe, y sin mal enganno, & hoc colligitur etiam manifestissime ex serie & tenore ipsorum titulorum, qui ad hanc sententiam & rationem concinunt: & ita ipse respondi & vidi pluries de intellectu dictorum bonorum dubitari: & postea inueni ita expresse intelligentem & declarantem quendam notarium practicum Mōterroso in sua practica civilis & criminalis, quam fecit in septimo tractatu, in cap. quod inscribitur, Declaracion, en que casos los escriuanos publicos, y reales, puedan tomar iuramento en los contratos que ante ellos passaren fol. 163. quod quidem facit in confirmationem distinctionis supra positæ, dum dixit, solam fidei præstationem in dubio non inducere iuramentum, nisi bonæ fidei fiat mentio, vel referatur ad Deum, vel ad rem sacram, provel est de substantia iuramenti.

Ultimo restat nunc examinare legem Reg. quæ hodie videtur correctæ tota nostra materia huius authentice & aliarum legum Regni cum ea concordantium. Nam l. 1. tit. 1. l. 4. No. Ordin. Reg. Recopilacionis, est prohibitum apponi iuramenta in contractibus; adeo quod si apponantur, contractus ipsi sint nulli, & exsequi non possint nec debeant, & tabellio incurrit penas in d. l. ordinamenti contentas, ideo videndo est eius litera & contextura, quæ est huiusmodi: porque somos informados que las leyes y ordenancas, de nuestros Reynos, que desende, que ninguno, ni algun lego no fagan contratos por do se obliguen con iuramento, por do se sometan a la iurisdiccion Ecclesiastica, no se guarden cumplidamente, ni se executen las penas en ellas contenidas contra las partes, ni contra los escriuanos que viene contra ellas, de lo qual se siguen grandes peligros y danños, a las conciencias, por los periueros en que a menudo incurren los legos, que se obligan con iuramento, y por las excomuniones que por las tales deudas comunmente ponen los iueces Ecclesiasticos: y por los grandes danños y costas que se les reciecen, y la nuestra iurisdiccion Real a causa dello recibe de detrimento. Por ende ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante las dichas leyes

leyes se guarden y complan, y en guardandolas, defendemos que ninguno lego, Cristiano, Indio, ni Moro, no haga obligacion, ni se someta a la iurisdiccion Ecclesiastica, ni haga iuramento por la tal obligacion iunta, ni apartadamente, so las penas contenidas en las dichas leyes, y que la obligacion no vala, ni haga fe, ni prueua. Y mandamos a todos, y a qualquier iusticias, que no la executen, ni manden, ni hagan, ni azar. Y defendemos, que escriuano alguno no la reciba, ni firme la tal obligacion, ni iuramento, quier se haga iunta, o apartadamente, so pena que el escriuano que la firmare, pierda el officio, y dende adelante sus escrituras, no hagan fe, ni prueua; pierda la mitad de sus bienes, y de los sea vno tercio para el que lo acusare y los dos tercios, para la nuestra camera. Y mandamos a los nuestros secretarios, que cada y quando libraren cartas de escriuanias, y notarias para qualquier personas pongan en ellas, que se firmare el tal escriuano, obligacion entre lego, y lego, por donde someta el dendor a la iurisdiccion Ecclesiastica, y firmaren iuramento della, que pierda el officio. Pero permitimos, que los contratos de las ventas que se attendaren de si las Iglesias, y monesterios, y Prelados, y clerigos dellas, que puedan interuenir iuramentos, y ponerse en ellas censuras, si las partes las consintieren, al tiempo que se hizieren los recados.

Hæc profecto lex videtur destruere & corrigere totam nostram materiam, nisi cum grano salis intelligatur, secundum mentem eorum, qui eam sanxerunt, ideo pro eius intelligentia nonnulla sunt hic videnda & declaranda.

Primo, an hæc lex sit iusta, & an cõditores eius potuerint vel potestatis habuerint eam condendi, videtur enim lex illa cõtra libertatem Ecclesiasticam, cum tollat iuramenta, quæ lex civilis tollere non potest, & si tollat, non est seruanda, ut in l. causa & irrita, cum vulg. C. de sacrosanct. Eccles. & in cap. Ecclesia Sancte Maria, de cons. præcipue in concernentibus peccatum, provel est, non seruari iuramenta; Nam hoc casu standum est iuri canonico, etiam iure civili repugnante, ut in c. si & ibi gloss. & Doctores de præscriptio. cum similibus, dixi late supra circa interpretationem l. 22. tit. 1. l. 5. ordinamenti. noui Regia Recopilacionis. Sed ius canonicum disponit iuramenta, quæ non vergunt in dispendium salutis æternæ, etiam si lex civilis improbet seruanda esse, ut in cap. quævis pactum, de pact. in 6. cum similib. Ergo hæc lex Regia minime est seruanda, cum in casu ipsius possint seruari iuramenta sine interitu salutis æternæ.

164 Et hæc est vera ratio. Quare noster rex in hac authentice sacram. puber. disponit, seruanda esse huiusmodi iuramenta apposta super contractibus nullis de iure civili; Nam cum in iuramentis Deus optimus maximus & summa veritas adducatur in testem, iustissimum est, iuramenta, quæ quidem licita & non contra bonos mores sunt, seruari & adimpleri, quicquid alias leges ciuiles dicant & disponant, ut puta in rem turpem, vel alias illicitam, quæ inducit peccatum, & sic non possunt seruari sine periculo animæ, tunc eadē ratione, qua diximus seruanda esse iuramenta licita, scilicet, ut euitetur peccatum, eadem inquam non sunt obligatoria iuramenta, si apponantur super rebus & promissionibus illicitis & contra bonos mores, ut in regula non est obligatorium, de regulis iuris in 6. & in d. capit. quævis pactum, de pact. eodem lib. ubi late Couar. iuu. exemplificat.

165 Sed inuenio quod Petrus Nunnez de Auendan. vir quidem literatus admodum & maxime practicus in secunda parte de exsequend. mandat. Regum, cap. 27. nu.

14. vers. sed qualiter suprad. lex. fol. 226. col. 2. illius folij, sentiens hanc difficultatem, assignat nostræ legis Regie rationem decidendi, dicens, recte ac iuste Regem Castellæ eam potuisse stabilire in tutam propriam iurisdictionis, ne laici iurando efficiantur fori Ecclesiastici, vetando subditos, ne alienam iurisdictionem directe vel indirecte prorogent, ex doctrina Bart. & Modern. in l. 1. §. post operis ff. de nou. oper. num. & aliorum, quos ibi refert præcipue Gulierm. Benedict. in repet. c. Rayn. de testam. in partes duas sub nu. 247. qui ut ipse Auend. refert, in proprio casu loquitur; Cum ergo dicit leges, inquit ipse, concernant propriam defensionem Regiæ iurisdictionis, & non amulationem Ecclesiasticæ iurisdictionis, nemini dubium esse debet, eas iustissime conditas ex generali ratione rex. in l. 1. §. denique ff. de acqu. plu. arcend. cum similib. Hactenus ille. Inuenio etiam quandam Regiam pragmaticam conditam En Talauera ann. 1482 quæ est in volumine veteri pragmaticarum, fol. 58. secundum impressionem Metinæ, quæ inquit, d. l. ordinamenti potuisse de iure condi, & non esse contra libertatem Ecclesiasticam, quæ pragmatica hodie situatur in l. 1. tit. 1. l. 6. 4. Noua Recop. leg. Regni.

Sed quam ratio quæ est, quæ in casu huius l. Regie impediatur iuramenta seruari, quæ contra bonos mores dici possunt; Nam licet damnosum sit & præiudiciale Regali iurisdictioni huiusmodi iuramenta seruari, atamen non est turpe nec contra bonos mores, nec inducit peccatum, imo non seruare ea, esse peccatum. Et quod non sit turpe neque illicitum seruare huiusmodi iuramenta, etiam sit damnosum Regi iurisdictioni, probatur ex decisione rex. in c. si de for. compet. in sext. ubi probatur, quod laicus ratione iuramenti efficitur de foro Ecclesiastico; Ergo, &c. quia ius canonicum nihil disponit, quod non sit iustum & honestum; Igitur non ob hoc, quod ex iuramento defraudetur iurisdictioni Regalis, iuramentum dicitur illicitum, nec definere debet seruari, sequendo, quod sanius est in dubio, & ita videtur d. l. Regiam annullatam contractus, super quibus apponuntur iuramenta, nullam esse tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, & ius canonicum in materia concernenti peccatum.

Vnde merito per Christianissimos Reges Ferdinandum & Elisabet. eius cõiugem secutos securiorem partem, d. l. Regia reuocata & annullata est, idem de nouo stabiliendo, alijs tamen rationibus vrgentissimis, ut cauetur in veteri pragmatica cõdita, En Madrid, anno Domini 1502. quæ est in volumine antiquo pragmaticarum fol. 129. & sequent. ubi postquam retulit dictam legem, Regiam inquit hæc verba: E que han sido mismo, algunas de las causas que en la dicha ley está expresadas, que dicen que mouieron a la hazer, diz que parece ser en alguna manera contra la libertad de la Iglesia, a la qual nuestra intencion, no fue, ni es de perjudicar en cosa alguna. Y como quiera que algunos Letrados de ciencia, y concientia de nuestros Reynos, nos han dicho, y certificado, que la dicha ley como está, y anda imprimida, es buena, y que iustamente se pudo usar della: pero queriendo escoger la parte mas sana, y segura, tenemos por bien de mandar reuocar la dicha ley, y reuocamos, y cassamos, y anulamosla solenemente, segun que está; y mandamos que por virtud della, no se haga ni execute cosa alguna, y que sea quitada, y restada de las dichas leyes y que qualquiera que la tuuiere la rasque, y quite dellas. Et postea in eademmet pragmatica iude Christianissimi Principes, idem, quod in dicta lege erat decilum, de nouo sanxerunt, mori alijs causis iustissimis, quæ sufficientes sunt, ut non directo, sed oblique propter eas lex civilis impediatur contractibus, robur præstari ex iuramentis, scilicet. Porque de los iuramentos que se hazen en los contratos, se han se guido, y siguen grandes costas, y dan-